



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CXIII. De Destructione castri Cruceburg.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Helmerius de Reichenberge VI. Mag. Provinc. Prussia.*

tidiè castrum impugnaverunt, tandem, *cupaverat dedit Karolo*  
fratres unam violenter rapientes duxe- *Comiti Provincia, fratri*  
runt ad castrum, & cum ea se multo *Regis Francie, ut eriperet*  
tempore defenderunt. Non longè post- *illud ab eo.*  
ea deficientibus omnino victualibus fratres cum suis armigeris  
relictò castro secreta An. Domini MCCLXIII. recesserunt, diri-  
gentes viam suam versus Ducatum Masovia. Quo intellecto,  
dum (a) Dyvanus tunc Barthorum Capitaneus cum multis ar-  
migeris eos sequens, non posset comprehendere, quia equi ipso-  
rum læsi substituerunt. Ipse assumens sibi XIII. viros in velo-  
rioribus equis præcessit alios, & dum appropinquarent, invenit  
fratres jam fame deficientes & præ lassitudine non valentes ad  
bellum, & invasit illos viriliter & in primo congressu occidit  
tres, alii ad defensionem se opposcentes dictum (a) Dyvvanum  
graviter vulnerarunt, & extunc cessavit à bello, & fratres cum  
suis in pace recesserunt.

ANIMADVERSIONES.

(a) De Nomine Dywani *vid. infr. cap. 137.*

(b) i. e. Sicilia.

CAP. CXIII.

De

*Destructione castri Cruceburg.*

Anno Domini eodem sc. MCCLXIII. DE MAGISTRO GE-  
dum Castrum Cruceburg à Nattan- NERALI DOMUS  
gis fuisset tribus annis, tribus Machinis TEUTONICÆ.  
& tribus propugnaculis obsessum, fra- *Frater (a) Anno Genera-*  
tres eum familia sua post multa bella- *lis Ordinis domus Teuto-*  
gloriosa ibidem gesta, deficientibus *nica septimus, fuit hoc*  
*tempore. Vir utique DEO*

D d 2

omni-

de-

*Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teut.*

*Helmerius de Reichenberge VI. Magister Prov. Prussia.*

omninò victualibus, secretè, noctis tempore, de castro recesserunt. Quod cum perciperent Prutheni, sequuti sunt eos, & omnes præter duos fratres in ore gladii occiderunt.

*devotus, qui multa bona fecit pro statu Ordinis & terra Sanctæ. Obiit VIII. Idus Julii.*

## ANIMADVERSIONES

## ADVITAM ANNONIS.

(a) Auctor Chronici Latini sub Frid. Scripti, dicit hunc Magistrum Haymonem aliàs Appellari. Simon Grunovius refert Matrem hujus Magistri fuisse Jutam, quæ à Prussia pro Sancta culta est. Habuit illa tres filios; Anno in Prussia concessit Ordinis Teutonici Eques factus. Secundus Episcopali fulsit dignitate; Tertius ductâ uxore postquam Pater in prælio cæsus esset bona paterna occupavit. Cum vero in Thuringia patria Jutæ bellum gereretur, accersivit Anno à Sangerhausen Matrem suam in Prussia, cum adhuc esset Commendator terræ Culmensis in Althaus. Juta in Prussia cum venisset & Culmæ per aliquod tempus habitasset, rea acta est turpissimi alicujus facinoris, à quo se gestato tripode candente purgavit: Serviit deindè ægrotis magna pietate, ita, ut etiam ei Christus aliquoties apparuisse dicatur. Obiit Anno 1260. & sepulta est Culmæ *Vid. Sim. Grunovv. tract. IX. fol. 133.* Alst Hennebergerus Jutam Menekonis de Querfurt Magistri Matrem facit *in Comment. ad Tab. Geogr. Pruss. pag. 53.* Hunc verò Hannonem ducem Brusvicensem fuisse probat ex Petri Albini Chronico Misnico. Item ex Henrici Buntingii Chronico Brunsvicensi. Est enim in ducatu Brunsvicensi urbs & districtus Sangerhausensis, quem Fridericus Asper à Magno Brunsvicensi Duce adeptus est, habet districtus ille Sangerhusius in insignibus suis tres Leones, quos etiam Hanno, de quo jam agimus, habuisse memoratur. *Vid. Henneb. in Comment. ad Tab. Pruss. pag. 373.*

CAP.